



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre  
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

**Petrus <Comestor>**

**Argentine, 1503**

**VD16 P 1829**

De voce p[at]ris ad iesum qua[m] quida[m] putauerunt tonitruum ca.  
cxxiiij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30892**



gazophylatius Phylare grece latine seruare dicit. gaza lingua persica opes. Erat autem arca dei. ut foramen habes. posita ad dexteram ingredientium circa altare. in qua mittebatur pecunia offerentium ad sartatecta repli restauranda et seruabatur. Tunc erat ibi quedam specialis arca in qua soli sacerdotes mittebant donaria sua que vocabatur corbanan. Et erat ibi tertia in qua rex vel princeps tributum mittebat que dicebatur musac. Tunc quidam aliter distinguunt quod quicquid legitur musac sabbati. Et dicunt in illa arca tamen reponi oblationes solennium dierum. et quia corban votum sonat. dicunt in corbanan reponi vota. In gazophylatio aliorum dierum munera et spontanea. Tunc quilibet earum generaliter nomine gazophylatium dicebatur. et etiam locus in quo erant posite. Unde habet hoc locutus est iesus in gazophylatio. In ezechiele quoque thalami sacerdotum dicuntur gazophylatia. Videtur autem et quandam viduam pauperculam mittentem era minuta duo: quod est quadrans. id est duos creos numulos valentes quarta parte sicli. scilicet obolos quatuor. et dixit eam misisse plus quam octos. quod totum victum miserat: alij pro eo supabundanti sibi.

De phariseo et publicano.

Capitulum. CXXXII.

**I**xit autem ad quosdam quosdam quod in se confidebant tanquam iusti. pro operibus suis exterioribus et aspernabantur ceteros parabola de phariseo et publicano. Et intulit. quod omnis qui se exaltat humiliabitur: et qui se humiliat exaltabitur.

Quod dominus pernoctauit in bethania.

Capitulum. CXXXIII.

**C**um vespera

erat hora rediit in bethaniam ibi mansit. Erat enim diebus docens in templo: noctibus extrinsecus morabatur in bethania. Et omnis populus mansuebat. id est mane properabat ad eum in templo audire eum. Et multi sequebantur eum et curabat eos. Tunc et iohannes ait. Cum esset hierosolymis in pascha in die festo. multi crediderunt in nomine eius videntes signa que faciebat. Si millem curationem refert mattheus canone

et marcus in illius cocanico. Ideo tota illa septimana penosa dicitur. quia pro totam illam laborat ut dominus recreando. sicut per primas mundi benedictio domada omnia creando.

De voce patris ad iesum: quam quidam putauerunt tonitruum.

Capitulum. CXXXIII.

**E**nerat autem qui

dam gentiles ut adoraret in die festo et dixerunt philippo. Dico vobis. Quia assupto andrea dicit hoc iesu. Et respondit iesus. Venit hora ut clarificet filius hominis. quod. Plenitudo gentium creditura est. quod tamen post passionem futurum insinuat. uult dicens. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit: ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit multum fructum affert. Et quod grano frumenti se comparauit christus: mos est ecclesie de hoc grano tamen proficere corpus iesu. Et addidit. Qui odit animam suam. id est vitam in hoc mundo: in vitam eternam custodit eam. et uiuet eternam. Si quis mihi ministrat me sequetur et in eternum mecum erit. Hanc animam meam turbata est. et quod dicit. Pater saluifica me. et hac hora. Pater clarifica filium tuum. Et uenit vox de celo. Et clarificauit et iterum clarificabo. id est clarum genui nec desistam. Vel secundum dominum clarificauit in baptismo et in transfiguratione: clarificabo in resurrectione et ascensione et iudicio. Et dicebant quidam tonitruum factum. Alij quod angelus locutus est. Et ait iesus. Propter uos hec vox facta est. Nunc princeps mundi ei iudicetur foras. id est princeps amentorum mundi perdet potestatem post se non habebit. Et ego si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ipsum. id est ex omnibus partibus mundi. Et cum intellexerit sermone crucifixione que forte uisualiter ab eis dicebatur exaltatio a terra. quasi opposuerunt ei. quod si exaltaretur: non esset christus. Audierunt enim ex lege: quod christus manet in eternum. quod non determinans dicitur quod modicum lumen in eis erat.

De filio qui se negauit iterum in uincam et iuxta. Capitulum. CXXXV.